



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

47 Mandatum de dispensando non habet vim dispensationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

validatio cum litteris, perinde valere, & hæc in praxi sunt satis nota non solum in Urbe, sed ubique in foro Episcopali, & quod super proximiori gradu inæquali expedirentur litteræ declaratorix attestatur Philip Prob. in rub. de cognat. spiritu. in 6. quem citat. Covar. d. n. 12. in fin.

45 An autem, qui † propter impedimentum matrimonium sine dispensatione Apostolica contrahere non possunt, si post expeditionem, & datam supplicationis se carnaliter cognoscant, valeat dispensatio, & respondent aliqui, quod sic, quia, non dum confectis litteris, valet dispensatio sola supplicatione expedita, & a tempore datæ, & expeditæ supplicationis incipit currere gratia, per rext. in cap. si eo tempore, & sibi glossa in ver. cum tempore, de rescript. c. eum cui. de praben. ubique in 6. & c. eam se, cum gloss. in verb. data. ext. de rescript. & valet gratia, nullo superveniente novo impedimento, sed licet gratia incipiat currere, ac valeat à data supplicationis, quæ probet, & perficiat gratiam: Cassad. de pens. decis. 2. num. 10. tamen supplicatio est gratia informis ante confectioem litterarum, quæ non tribuit titulum perfectum. Rota. decis. 20. n. 5. de concess. prab. in nov. Ideo capientes possessionem beneficiorum vigore supplicationum, seu illorum 49 fructus, quos ex illis pro tempore percipiunt, non faciunt suos, quinimodò ad beneficia in eisdem transumptis, seu supplicationibus expressa, perpetuò efficiuntur, ipso facto inhabiles, & ad restitutionem fructuum ex illis perceptorum, in utroque foro tenentur, ut in constit. Paul. III. in Bull. Rom. cap. 5. vers. nec non, & Papa non dispensat, sed litterarum vi-

gore mandat Episcopo, seu vicario, illius conscientiam onerando, quod de supplicatis se diligenter informet, & si per informationem eandem repererit, quod preces veritati nitantur, super quo suam conscientiam onerat, tunc cum supplicantibus servata forma concilii Tridentini, quod impedimento non obstante matrimonium contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo post modum remanere licite valeant, ipsius Papæ auctoritate dispensat, † unde est mandatum de dispensando, quod non habet vim dispensationis. Rot. decis. 2. de fil. presb. num. 10. in nov. & ideo per carnis copulam post datam supplicationis, † & ante dispensationis executionem incestum committunt, cap. lex illa. vers. incestus, 36. q. 1. & Diaz. pract. crimin. cap. 78. in princip. & cum in præsentatione litterarum pro dispensatione illarum vigore ab Ordinario obtinenda, res non sit integra, & dubitetur, an Episcopus possit dispensare cum incestuoso, licet possit, ut per Io. And. in 6. at. si clerici; 8. de adulteris, quem sequuntur Abb. ante num. 11. & Felin. num. 7. de iud. tamen vigore dispensationis ab impedimento in dispensatione expresso tantum dispensat, non autem super non expressis, † & super incestu absolunt Episcopi etiam ex dispositione sacr. concil. Trid. ut cap. 6. de reform. sess. 24. sed non ad effectum validitatis dispensationis super non expressis.

Propterea regulariter † requiritur revalidatio per novam expeditionem, perinde valere, eum narrativa, quod oratores, vesana libidine victi, antequam litteræ dispensationis Ordinatio præsentarentur, se carnaliter cognoverunt, & dantur litteræ, perin-